



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**

**[München], 1613**

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de Mauricio Episcopo, quod Histriensis ei oculos eruissent. LVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

tributionem boni operis suscipere mereamini, una cum excellentissima filia nostra, domna regina, nostraque spirituali commatre, & vestra nobilissima prole, atque memoriale vestrum in Ecclesia eiusdem Dei Apostoli opinatissime in aeternum permaneat. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem, Papæ, ad  
Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur de  
Mauricio Episcopo, quod Histrienses ei oculos eruissent.*

## L VII.

**D**O M N O excellentissimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patrio Romanorum Adrianus Papa: Credimus, quod iam ad vestre à Deo protectæ excellentiæ aures peruenit de Episcopo Mauricio Histriensi; qualiter, dum eum fidelem B. Petri & nostrum cognouissent, nefandissimi Græci, qui in prædicto ibidem territorio residuebant Histriensi, & dum per vestram excellentiam dispositus fuit prænominatus Mauricius Episcopus, ut pensiones B. Petri, quæ in superius nominato territorio iacebant, exigeret, & eas nobis dirigere deberet, zelo ducti tam prædicti Græci, quamque ipsi Histrienses, eius oculos eruerint, propo- nentes ei, ut quasi ipsum territorium H I S T R I E N S E vestræ sublimi Excellentiæ tradere debuissent.

Propterea petimus à Deo protectā excellentiam vestrā, amātissime fili, & magne Rex, ut iubeas dirigere

c. 2. Marca-

Marcario duci præcipiendum, ut iam fatum Mauricium Episcopum, qui in visione vestræ excellentiæ præsentatus est, vt eum in suo Episcopio reuerti faciatis pro vestræ animæ mercede, eo quod ipse iam dictus Episcopus ad nos properauit, & nos eum iterum direximus ad Marcarium ducem Foroiuliensem, vt qualiter à vobis fuerit dispositus, ita peragere debeat; Et hoc petimus Excellentiam vestram, vt per vestrum congruum dispositum ipsa adprehendatur, pro ut salus populi, qui ibidem commoratur, proueniat. Incolument excellentiam vestram gratia superna custodiatur.

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad  
Domnum Carolum Regem directa pro exaltatione sanctæ Dei  
Ecclesie, & de Possessore & Rabigando, ipsum Apostoli-  
cum despicientes Spoleto ad Hildebrandum du-  
cem perrexerant & inde Beneuento  
peruenerant.*

## LVIII.

*Summ. 14.  
Bar. &  
Cent.*

**D**OMINO excellentissimo filio Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atq; patricio Romanorum Adrianus Papa. Omnino cōfidimus & certi sumus, quod tua à Domino protecta excellentia in his, quæ pariter loquentes inter nos conuenerunt, firmiter atq; immutabiliter permanere studeat; & charitatis vinculum in medio nostrum corroboratum, toto mentis adnisi, atque sincero affetu, obseruare procuret; dum nos, Deo propitio, in ea ipsa habita in inuicem dilectionis concordia cum magna sinceritate mentis satagimus perseverare, quia, Deo teste, dicimus, à quo cum vestra melliflua Chri-  
stiani-